

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Scandalum a
cum fonte primo

Sicut necesse est ignem calere et niuem frigere, ita necesse est ut iniquitas mundi erroribus plena scandala pariat; perfectorum uero caritas pietatis operibus luceat.

Ieronymus super illud Matthei XVIII.:
Necesse est ut ueniant scandala.

Sicut necesse est ignem calere, niuem vero frigere, ita etiam necesse est, ut iniquitas mundi erroribus pleni, scandala pariat; perfectorum uero caritas, pietatis operibus luceat.

Zacharias Chrysopolitanus, *De concordia euangelistarum libri quatuor*, 3, 95 (PL 186, col.301B).